

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus undecimus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

moribus, sed amentia quadam tales facti sunt, in correctionis carcere non minus quam quinquennium perman-
 suos iudex coniciat. Quo in tempore nullus cum ipsis ci-
 uis colloquatur, praeter eos qui nocturni caetus participes
 sunt, hi vero admonentes, ad salutem animae colloquan-
 tur. Cum autem vinculorum tempus exactum fuerit, qui
 modestior factus est, una cum modestis habitat, quod si
 rursus impietatis crimine condemnabitur, morte plectatur.
 Sed sunt nonnulli qui ad eam opinionem quod diis sint,
 vel negligentes vel placabiles sint, immanes quoque fiunt,
 hominesque despicunt, et viuentes ad se multos alliciunt,
 attrahuntque: nec non defunctos se trahere consolarique di-
 cunt, profitenturque se deos ipsos caribus sacrificijs, votisque
 mulcere. Et hoc lenocinio conantur domos et ciuitates
 vniuersas pecuniarum gratia perdere. Eorum qui dana-
 tus fuerit in mediterraneis carceribus vincitur, nec vl-
 lus liber unquam ad eum accedat: sed statutum ipsi a legum
 custodibus cibum serui afferat. Vita denique functum, extra re-
 gionis fines insepultum eiciant. Quae si quis liber sepelierit,
 a volente impietatis crimine accusetur. Quod si filios re-
 liquerit ciuitati sufficientes, orphanorum tutores horum
 non minus quam reliquorum, ab eo die quo damnatus fue-
 rit curam habeant. Sed communis de omnibus his lex ista
 ponatur, quae faciet ut multi minus verbo et re in deos
 peccent, et ut ab amentia reuocentur: ex eo quod non li-
 cebit deos sibi deorumque sacra praeter leges effingere. Sit autem
 lex huiusmodi simpliciter cunctis imposta. Sacella nemo in pri-
 uata domo habeat. Cum vero animum quis ad sacrificia
 induerit, ad publica sacrificaturus accedat et sa-
 cerdotibus hostias praebet, qui curam harum rerum castis-
 sime gerunt. Quibus cum et ipse oret, et quicumque cum
 eo simul orare velit. Hac ideo ita fiant, quia sacella et
 deos instituire non facile est. Quippe magni ingenij est re-
 et rem istam facere. Solent autem mulieres praecipue, ac im-
 becilliores, et in periculo constituti et indigentes vbi-
 que, quicquid indigeat, et contra quado facultas rei alicuius af-
 fluit, quod adesse videtur semper consecrare, hostiasque vo-
 nere, et statuas diis atque demonibus et deorum filijs pol-
 liceri. Phantasmatis comoti vigilantes, et in somnijs
 similiter multa se vidisse praeformidine recordati, vbi re-
 media singulis afferre conantur, aris sacellisque omnes do-
 mos vicose repleunt. Quorum omnium gratia lex ista po-
 nenda est, ac praeterea impiorum causa, ne ista sibi operatio-
 nibus usurpantes, sacella et aras suis in domibus statuunt,
 putentque deos clam votis, sacrificijsque placare: atque ita in-
 infinitum suam iniustitiam augeant, unde tam ad se quam ad
 eos qui sibi ista permittunt, quauis illi meliores sint, indi-
 gnatione deorum prouocent: quo pacto tota ciuitas iure quo-
 dammodo impietatis crimine teneatur. Legum quidem lato-
 ri deus minime irascitur. Lex enim sit. Sacella deorum nemi-
 ne in priuatis domibus possidere. Si vero quicquam habuisse,
 sacrificia esse, alibi que in publicis deprehendatur: qui sen-
 sit, ad legum custodes deferat. Ipsi autem si nihil magni scele-
 ris a foemina siue a viro factum sit, ad publica templa iubeant
 priuata sacra deferri: et si non ilico delata fuerint, mulctentur
 donec deferantur. Siquis autem non puerile, sed nefaria impieta-
 tem commiserit, siue in suis priuatis, siue in publico deorum cultu
 sacrificando deliquerit, morte ut impure sacrificas condene-
 tur. Puerile vero esse vel non, custodes legum iudicent, tra-
 ctosque ita impros in iudicium, impietatis reos esse declarent.

Nemo sacella in domo priuata habeat.

DIALOGVS VNDECIMVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVMLATIONE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



LATO noster quemadmodum et philosophorum omnium sapientissimus, et eloquentissimus oratorum, ita iurisperitorum omnium prudentissimus, ne in contractibus cogatur, ut solent ceteri, vastum legum interpretationumque, et id quidem frustra, opus conficere, merito antequam descendere ad contractus, forensiaque commercia, studuit disciplinis, legibus, iudicijs, religione ciues bonos efficere, sperans iustos homines, vel absque legibus sponte fidem et veritatem in omni commercio praestituros. Et profecto admodum opportune post leges de iudicijs pertinentibus ad personas, leges iudiciorum ad res spectantium adducit in medium, quibus tam aduenae quam ciues discant iuste deponere, seruare deposita atque pacta: aliena non mouere, sua cuique reddere: uti liberis, et libertis, et seruis: redere, emere, reddere, ducere, militare, tueri pupillos, testari, testamenta seruare, hereditates administrare, nuptias cociliare, diuortium facere, familiam gubernare, praeter ceteris vero parentes religiose vereri, nihil adulterare, veneficia odisse, iram insaniamque vitare: iurgia, contumelias, detractiones fugere, restituere dana, veritatem in testimonijs iuramentisque seruare. atque haec ferme est vndecimi huius libri materia. Post haec autem, ut solemus, obscuriora quaedam arbitramur breuiter exponenda. Principio dea itineris gemina esse scito, indicatrice scilicet atque seruatrice. Et illam quidem esse lucem sub nomine Luna: hanc vero sub Diana nomine fidem. et quicquid casu quodam alienum in itinere reperit, deo esse dicendum: ut agnoscat fortunam prosperam esse ad dei praesentiam referendam. Contemplare Platonice bonitatem, videlicet retentam emendo atque uendendo, non solum rem adulterare, mentiri, peierare: sed iurare etiam: imo vero et rem venalem laudare, et in eadem die precium permutare. Vbi illud edisce. Nemo dijs inuocatis mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare verbo vel re quicquam audeat, nisi deo velit odio esse: cui quidem primum odio est, qui falso iurans deos parui pendit: deinde qui coram maioribus se mittit. Et vide iterum atque iterum quam liberam et integram Plato optet ingenua ciuium, a quibus omnem cauponandi licentiam procul expellit. Addit quoque tum opulentiam, tum egestatem esse morbum ingeniorum. Inde in inflatores, hinc debiliores abiectionesque homines fieri. Vbi vero ait Palladem, Vulcanumque, et Martem artibus praesidere, ex multis Platonis mysterijs alibi atque alibi traditis collige: Ioui summo mundi architecto trinitatem quandam numinum, quam opificiam Platonice nominamus, semper asserere. In qua quidem trinitate prima sit Pallas: secundus autem Vulcanus: Mars vero tertius. Sed quemadmodum trinitas tota ad Iouem ipsum, a quo est, refertur: ita ferme Vulcanus et Mars referuntur ad Palladem. Mitto nunc quod in Marte potentiam: in Pallade sapientiam: in Vulcano igneam spiritum somnasse videtur. Tria certe ad ipsam Iouis artem qua vniuersum perficit, requiruntur. Primum quidem ratio ipsa per quam singula sita facturus. Secundum efficax eorum quae ratione conceperat, expeditio. Tertium eorum quae in effectum expeditum sunt salus atque defensio: Ideam primum Palladem, secundum Vulcanum, tertium Martem nominat. Et quia utriusque, scilicet iam conseruatio siue defensio, quam expeditio vel expeditio rerum, indiget ratione atque sapientia: ideo Pallas et Vulcano praesidere Marti: et quicquid vel a Vulcano fabricatur, vel a Marte postquam fabricatum est, defenditur, et in sua forma seruatur, Pallade duce peragitur. Horum vero trium in arte diuina regnantium, tria quoque in natura videmus uestigia, per Palladem quidem, ordinem quo singula disponuntur, per Vulcanum vero, efficacem progressum et ruptum quae partium ad quae omnia properant, per Martem denique munitissimam structuram a generantibus adhibita gentis, et varia propugnacula naturam propria a contrarijs defendentia. Tria similiter in arte humana quidem omni, maxime vero ciuili esse debent, ut singula et sapienter prius quam fiat excogitentur, et mature strenueque expeditur, et ea forma qua excogitata exproptaque sunt, seruentur atque fortiter defendantur. Et ut cognoscamus artem humanam in his omnibus absoluendis non minus quam naturam ab ipso deo ideisque pendere, inquit tres illos deos humanis artibus praesidere. At ne solas a dijs artes habuisse putemus, addit deos ut a datores reuereri maxime omnium oportere, adeo ut vel eorum nomina non sint vel impudenter vel temere proferenda: sed omnia vel minima ad eos pertinentia, pure, reuerenter, castisque tractanda. Quibus praereceptis nihil potest sanctius excogitari: si modo non deos, sed deum nominasset.

ominasset. Sed ecce unam Ionis summi substantiam introduxit: neque multiplicavit substantias, dum multiplicaret ideas, quidnam ultra in eo desideramus? Quinetiam ubi deos nominat, non aliter sentit quam qui dixit. Millies mille ministrabant ei. Neque vero silentio pretereundum est, quod ait animam à deo vitam accipere, intelligendam esse vitam mediā inter illam quæ in eternitate manet, qualis est angelica tota simul, atque illam quæ quodā tempore clauditur. Mediam inquam, ex eternitate temporeque compositam: in qua cæli instar substantia quidem semper manet, actio verò & affectio fluit semper. Ideoque in libro superiore, animam dixit & esse simul & fieri, esseque imperdibilem: nō tamen eternam, quæ lege sunt dii, id est non omnino manentem. Dixit autē deos. i. angelos manere, non ex se quidem, sed lege diuina, eos per se mobiles eternæ sistente. Ait corpus quoque imperdibile esse, corpus certè celeste. Fortè verò & elementale, quatenus & elementorum moles, & materia prima nō disperduntur: ex quibus in Politico inquit corpus idem quandoque diuinitus recreari. Notabis ubi de testamentis loquitur, & personā & rem cuiuslibet cuius, non suū ipsius esse, sed patriæ. Item ubi de orphanorū cura tractatur, animas defunctorum res nostras sentire atque curare, sentire inquam per corpus celeste atque æreum: & curare præ alijs alia, ad quæ vel natura, vel habitu, vel diuina providentia magis afficiuntur. Præsertim animas quæ cum mediā tenuerint vitam, mediā quoque obtinent regionem. Mediā dico tum situ, tum qualitate. Situ quidem inter cælum & terram, qualitate verò inter beatitudinem summā extremamque miseriam. Meminisse nanque oportet in libro superiore fuisse dictum: quemadmodum certæ quædam naturæ congrua loca & conuenientes naturas assignantur, sic animas cum factæ ex se tales fuerint aut tales, consequenter pro similitudinis ipsius naturæ ad gradus sedesque & similes & similitudinem transmigrare: ut celestes quidem factæ celestia, terrena verò terrena, æreæ aut ærea petant. Profectò cum alia nonnulla circa animas Plato affirmare non audeat, hucusque tamen, & hic & in libro de scientia euidentissime asserit, atque alibi sepe significat. Vnde & ait, cauendum esse pupillos ledere, ne parentum animæ nobis iure succenseant. Idemque in nono, dum ageret de homicidijs, inquit, animas scilicet interfectoris indignari. Huic illud simile. Marianorū animæ Syllam sollicitabant. Hinc & tragedia furentem Orestem agunt. Animaduertes post hæc ubi de parentum cultu tractatur, honorandas quidem sacratas deorum statuas, non propter se, sed quia deos nobis significant, sed magis honorandos esse parentes, quasi animata deorum simulacra. Adit imprecationes parentum in filios exaudiri à deo: neque quicquam accidere filijs pestilentius. Audies post multa iterum, quod est valde Platonicum: Penes maligni vexantur, non quia fecerunt (nam quod factum est, infectum esse non potest) sed nequid tale posthac fiat: & in iniustitiam odio tam qui puniuntur, quam qui puniri intelligunt, persequantur, aut saltem minus in simili vitio delinquantur. Præterea iudicem legulatoris interpretem esse, iustitiæque ministrum. Punit deinde susurriones, detractoresque, & qui in ira obiurgant atque conuiciantur, & qui grauioribus personis mordacibus iocis offendunt, & qui inter iocandum acris irascuntur. Audies maxime timendam esse diuinam vindictam, si quis in testimonijs iuramentisque mentitur. Audies denique in testimonio, atque iuramento, veritatem ipsam per Themidem, Iouemque & Apollinem esse firmandam. Per Themidem quidem significatur ius fæque, & ciuile & sacrum, & apud homines & apud deum: ut intelligat quisquis iurando testificandoque mentitur, contra ius fæque humanum, diuinum, contra homines, contra deum grauior se peccare. Per Iouem verò, qui nutu omnia concutit, cognoscat: si peccauerit, diuinæ potentie ultionem se nequaquam euitaturum. Per Phœbum autem, ne confidat delicta sua, præsentia, vel præterita, cum latere posse qui futura omnia vaticinio præfagit.



SEQVITVR Ut dicamus de pactis: conuenientemque ipsi ordinem tribuamus. Simplex autem illud sit: Ut nec mea quisquam pro viribus tangat, nec moueat meorum quicquam etiam minimum, nisi mihi persuaserit. Atque ego idem dum mentis compositus fuero, alienis in rebus efficiam. In primis quidem thesaurum cum dicimus quem sibi quisque & suis deposuit, qui meorum parentum non erat, nec reperire unquam optarim, nec si repererim, moueam: nec ariolis de-

positum accipere consulentibus credam. Nunquam enim mihi tantum pecunia proderit, si accepero: quantum virtute animi iustitiæque excellam, si non accepero. Pro possessione igitur pecuniæ melior mihi possessio animi iustitia erit, si virtutem diuitijs præposuero. Quippe cum bene de multis dicatur: quæ immobilia sunt, mouenda non esse: per pulchre etiam de hoc uno dicitur. Sed vulgata quoque de his rebus fama credendum est, generationi hæc liberorum non conferre. Siquis verò de liberis non curet, legibus latorem negligat: ac ideo quæ nec ipse, nec suorum aliquis deposuit, eo inuito qui deposuit, auferat: is legem illam optimam & simplicissimam aspernatur, quam generosus vir promulgauit, qui dixit, Quæ non deposuisti, ne tolles. Quid ergo hunc pati oportet, qui hos duos legislatores despexerit, quodque ipse non deposuit, sustulit: nec paruum quiddam quod abstulit, sed magnus thesaurus fuerit? Quæ poena huic à dijs debeatur, deus quidem ipse nouit. Quæ verò ab hominibus, declarabimus. Qui primus viderit, iudicibus indicet. Ac si in vrbe delictum est, adilibus: si in vrbe in agro, agrorum curatoribus, eorumque principibus: si in foro rerum venalium, earundem curatoribus id significet. Reque ita patefacta Delphos ciuitas mittat, & quod oraculo dei tam de pecunia quam de illo qui pecuniam mouit, dictum fuerit, id ciuitas deum secuta confirmet. Et qui fecit indicium, si liber fuerit, in virtutis veniat opinionem, & contra vitij, si sciens celauerit: si autem seruus fuerit, precio à ciuitate domino eius collato, liberandus est. Seruus verò qui celauit, morte plectendus. Hanc legem illa deinceps similis de paruis simul & magnis sequitur. Siquis rem suam alicubi volens, vel contra, reliquerit, non tangat qui forte repererit, sed putet deam itineris à lege sibi hæc comsecrata seruare. Quicunque verò hac lege sprete, domum hæc suam asportauerit, si seruus sit & parui precij, à quo cuiusque obuiam facta, & ultra annos triginta nato uerbis multis pulsetur. Si autem liber, illiberalis primo præuicatorque habeatur, deinde etiam decuplum precij rei illius quam mouit, ei qui reliquit retribuatur. Quando quis magnū aliquid de suis, vel paruum ab aliquo teneri conuenit, quod ille habere quidem fatetur, sed eius qui petit, esse negat, si res apud magistratus conscripta est secundum legem, vocetur ad magistratus qui tenet. Reque ipsa patefacta, si conscriptum est alterius de aduersarijs rem esse, ille ipse habeat. Quod si neutrius esse, sed absentis cuiusquam inueniatur, qui sufficientem fideiussionem non dederit, illi se absentis cuius est, rem traditurum, is tantundem deponere cogatur. Verū si apud magistratus res qua de agitur, conscripta non sit, tunc apud tres inter magistratus seniores usque, ad latam sententiam deponatur, ac si aliquid est de quo ambigitur, lata sententia qui cecidit causa, magistratibus ipsis impendium alimentorum restituatur. Tribus verò diebus id iudicium absoluat. Mentis quilibet compositus seruam suam honestè ipso usurus, ducat quod velit: ducat et amicorum necessariorumque nomine, ut fugitiuum restituat in gratiam. Quod si quis aliquem ut seruū ductum ad libertatem vendiderit, dimittat quidē qui duxit, qui verò ita adducitur, si tres fideiussores dignos præbuerit, sic iure sit ereptus. Aliter si abduxerit, uim intulisse uideatur, dānatusque duplū dāmet restituatur, à quo abstulit. Libertum quoque sum uniusquisque ducere possit,

possit, si ab eo non colitur, aut si non sufficienter colitur. Cultus autem est, primum ut ter domini domum mensibus singulis veniat: paratumque ostendat facere quicquid honestum possibileque sibi sit: deinde ut de matrimonio quicquid domino videtur, faciat. Nec ei liceat maiores sibi diuitias comparare quam ille possideat qui liber auit: sed quicquid plus habuerit, domino detur. Libertas autem sicut et peregrini, ultra viginti annos in ciuitate non maneat: sed post id temporis, bonis suis acceptis abeat: nisi domino quondam suo et magistratibus persuaserit. Si autem liberti et peregrini alicuius bona tertium censum excefferint, trigesimo die postea quam hoc factum deprehensum sit, rebus suis acceptis recedat, nec illa ipsi ulterius manendi facultas a magistratibus concedatur. Huic legi si quis non obtemperasse condemnatus fuerit, morte plectatur, et bona sua in publicum redigantur. Hec tribuum indices cognoscant: nisi prius per vicinos, et arbitros, litigantes conciliati fuerint. Siquis animal aut rem aliam suam esse dicit: qui habet, ad eum referat qui vel vendidit, vel legitime sufficienterque donauit: vel quomocumque aliter valide firmiterque tradidit: et veritas si ad ciuem vel vrbis incolam ille retulit, intra triginta dies inueniatur: sin autem ad externos, mensibus quing: quorum medius ille sit mensis in quo ab aestiuo sol circulo ad hyemalem recurrit. Quaecumque emendo vendendoque commutantur, in statuto fori loco permutetur, dando accipiendoque vtro citroque rem et rei precium illico, nec alicubi alibi. nulla vero emptio venditioque ad terminum fiat. Quod si aliter aut in alijs locis permutatio facta fuerit, nullum sit secundum legem de ipsa iudicium. Sed nec de collatione conuiuijsque, cum nonnulli ad aliquid inter se agendum, pecuniam vel quoduis aliud conferant, iudicium reddatur. Venditor, qui precium rei vendita non minus quam triginta drachmas accepit, decem in ciuitate necessario dies expectet: nec diuersorium eius emptor ignoret. Id vero quod rellatum redditionumque legitimarum gratia, quae in his contingere solent, ita fieri volumus. Redditio autem legitima a non legitima ita discernitur. Quando quis seruum vendidit phrenesi, vel calculo, vel stranguria, vel eo morbo quem sacrum appellant, aut alia quavis plurimis occulta et longa et aegre sanabili corporis siue mentis aegritudine laborantem, si medicus aut gymnasticus emit, reddere non liceat. Sed nec et quando venditor emptori cuius veritatem praedixerit. Sin autem artifex aliquis homini rerum peritus, ignaro et rudi cuius tale aliquid vendidit, qui emit, citra sex menses in alijs, in morbo vero sacro usque ad annum integrum reddere possit. Iudicium vero harum rerum apud medicos agatur: quos cum consensu litigantes elegerint. Et qui condemnatus fuerit, duplum precij eius quo vendidit emptori persoluat. Quod si imperitus imperito vendidit, quemadmodum de superioribus dictum est, additio iudiciumque fiat: et qui conuictus fuerit, simplex precium deferat. Quando quis homicidam vendidit, si sciens quidem scienti non reddatur: si nescienti, tunc reddatur, quando senserit emptor. Id vero iuniores de legum custodibus quing: cognoscant. Ac si non ignorasse inueniatur, emptoris domum primo secundum legem interpretum a piaculis purget: deinde precij triplum illi deponat. Qui numos pro numis, aut quavis alia, et cetera quaecumque vel lit, commutat, nec afferat nec accipiat adulteratum quicquam,

legemque istam diligenter obseruet. Sed huic quoque legi, quemadmodum legibus alijs, exordium praeponatur. Adulterationem quidem, mendacium, deceptionemque quasi genus vnum putare oportet. In quo sane multorum dandum est sermo: qui hoc ipso, quandocumque opportune fit, re et se vti affirmant. Cumque occasionem ipsam vbi et quando non determinent, et sibi et alijs hoc verbo multum officium. Legi autem lator ita interminatum istud non omittet: sed diligenter pluribus paucioribusue terminis declarabit. At qui et nunc ita determinetur. Nemo dijs inuocatis mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare verbo vel re quicquam audeat, nisi deo velit odio esse. Cui quidem primum odio est, qui falso iuras, deos parui perdit. Deinde qui coram maioribus se mentitur. Maiores vero alijs praestant: ut seniores communiter iunioribus, parentes natis, viri mulieribus atque pueris, principes subditis. Quos reuereri par est, cum in omni principatu, tum vel maxime in civili, cuius gratia in hunc sermonem incidimus. Quicumque .n. aliquid in foro adulterat, mentitur certe ac decipit, dijsque aduocatis aduersus rerum venalium curatores eorumque iura peierat. qua certe in re nec homines verentur, nec deos colit. Aequum profecto est nomina deorum non facile inquinare, nec ea huc atque illuc deuoluere, sed omnia quae ad deos pertinent, pure castaque seruare. Qui his rationibus non persuadetur, hac lege urgetur. Qui vendit in foro aliquid, nunquam sua rei venalis duo precia dicat, sed cum simplex imposuerit precium, si non vendiderit, referat, iterum, et eadem die, nec maius, nec minus precium petat. Laus autem rei venalis et iuramentum longe absit. Eum vero qui hanc legem transgreditur, quilibet cuius non pauciores quam triginta natus annos, cum iurante audierit, impune verberibus cadat: quod si non fecerit, legum proditor habeatur. Eum vero qui legi non obtemperauerit, remque adulteratam vendiderit, quicumque aduertit, potestque, arguat, et qui coram magistratibus redarguerit, seruus quidem aut inquilinus re adulteratam secum asportet. Cuius vero si accusare neglexerit, quasi dijs sustulerit, improbus habeatur, sin accusauerit conuictusque, dijs qui foro praesunt, dederit. Huius autem rei qui deprehensus fuerit manifeste venditor, non solum re ipsa priuetur, verum etiam tot verberibus publice cadatur, quot drachmis vendebat, praenonum voce causa cur verberetur, declarata. Sed venditum omnem malitiam adulterationesque ipsi rerum venalium curatores custodesque legum ab hominibus harum rerum peritis diligenter inquirant, et in columna conscriptas in foro proponant, ut plane ex his pateat, quid oportet, et quid non, vendentes facere. De edilium vero legibus satis supra diximus. Et si quid deesse adilitijs legibus videatur, ediles ipsi cum legum custodibus habito consilio suppleant, deinde in columna primas secundasque institutiones inscribant. Post adulterationem sequitur ut de cauponatione dicamus, de qua consilium primo et rationem dabimus, legem deinde ponemus. Cauponatio omnis in ciuitate non nocendi gratia, sed contra omnino naturaliter adinuenta est. Quomodo .n. ille non proficit, qui re pecuniariam immoderatam et inequalem, ad aequalitatem modumque redegit? Quod numularius, mercator, mercenarius, et hospitalis diuersorum magister faciunt. hi .n. ceteris huiusmodi, siue honestiores, siue turpiores, indigentiam supplere, rebusque aequalitatem praebere

bere conantur. Sed consideremus qua nam huic rei causa calumnia sit: & cur honesta non videatur: Ut etsi non totum, attamen partē legibus ordinemus. C. L. Res hac, ut videtur, nec exigua est, nec paruum virtutem postulat. ATH. Quomodo dicis Clinia? Pauci admodū natura homines, & y quidem optima educatione prae diti, quando egestate cupiditateq; rerum aliquarum afficiuntur, ita continere se possunt, ut moderatē se gerant: & cū liceat magnam pecuniam capere, modica contenti sint, mediocritatemq; excessui antepoſunt. Fulgus autem contra facit omnino. Immoderata. n. cupit: & cū mediocriter lucrari liceat, inexplebili lucri cupiditate vexatur. Quocirca oīa genera hōrum qua in cauponatione, mercatura, diuersorioq; versantur, calumnia & opprobrio subiacent. Nam si quis, quod absit, neq; fiat in qua: modo cogeret (dicam. n. etsi dictū ridiculum est) si quis inquam, cogeret optimos vbiq; viros ad aliquod tempus diuersorij praesse, aut cauponari, aut hmoi aliquid facere, mulieres quoq; sanctissimas aliqua fati necessitate ad haec similiter descendere: cognosceremus planē honesta & approbanda haec oīa esse. Quippe nisi corrupte fierent, matrum nutricumq; personam gerere non iniuria qui haec faciunt, putarentur. Nunc verò in desertis locis ad q̄ multa longaq; ducunt via, cauponandi gratia domos aedificant: optato diuersorio tempestate pulsos suscipiunt, & caloribus pressos recreant: deinde non tanquam amicos hospitibus muneribus donatos remittunt: sed ut inimicos atq; captiuos crudeliter se redimere cogunt, rebusq; oībus spoliant. Haec autē ceteraq; hmoi in his omnibus turpiter acta, faciunt ut hmoi studia qua indigentibus opem ferunt, calumnia sint subiecta. Quorum remedium à latore legum excogitandum est. Recte igitur iam olim trito proverbio dicitur: Arduū esse aduersus duo cōtrariaq; pugnare. Quemadmodum in multis alijs morbis, & in isto contingit. Pugna. n. nunc nobis ad duo imminet, diuitias atq; egestatem, quorum alterum hōrum animū delicijs mollitieg; corrumpit, alterum doloribus ad impudentiam trudit. Quod igitur remedium in ciuitate prudenter instituta ad pellendum hunc morbum excogitabimus? Danda est opera primū, ut quā minimō pro viribus cauponū genere in ciuitate utamur. Deinde his hominibus cauponandi artes cōmendanda sunt, quibus corruptis non magnum ciuitas detrimentum incurrat. Tertiū inuenienda via & ratio est, ne faciliē impudētia atq; illiberalitate illorum hominum animi repleantur. His diebus haec Magnesiensibus lex de huiusmodi rebus bona fortuna feratur, quorum urbem deus erigens, coli iterum facit. Nullus eorum qui de quadraginta & quinq; milibus domorum sunt, caupo mercatorq; nec spontē, nec inuitus fiat, nec privati cuiusquam fiat minister, qui non ex aequo in eadem sorte sibi respondeat, nisi patris ac matris, aliorumq; genere maiorum caterorumq; seniorū quū liberi sunt & liberē viuunt. Liberū verò & non liberi, non facile pōt legibus exquisitē distingui. Discernatur tamen ab optimatibus, ac odio & amore ipsorum iudicetur. Eum verò qui illiberali cauponationi in aliqua arte operā dederit, volens quilibet ad optimates, virtuteq; primos quasi generi suo dedecori sit accuset. Et si paternā domum indigno studio maculasse deprehendatur, ab hoc opere vinculis annuis arceatur. Qui si iterum lapsus

Proverbiū,
Arduū ad
uersus duo
pugnare.

fuerit, biennium vinciat. Ac deinceps quoties peccas se deprehenditur, duplo tempore semper detineatur. Altera lex iubet, ut peregrini duntaxat, & aduena cauponarias artes sequantur. Tertia lex cauendum monet, ut peregrinus ille vel incola, aut quā optimus aut quā minimē malus sit. Nec ignorare legum custodes debent, non solum obseruatores illorum se esse, quos ab iniquitate prauitateq; amouere difficile non est, qui bene nati educatiq; sunt, verumetiam illorum multo magis, qui tales nō sunt, & in artibus his versantur, quibus ad improbitatē facilius impelluntur. Quū verò cauponatio multiplex atq; varia sit, cū peritis singulorum eius generū custodes legū conueniant, & ut paulo ante de adulteratione huic affini dicebamus, q̄ necessaria ciuitati videbuntur, ei fieri primo cōstituant. Deinde impediō & emolumento diligenter examinato, quid mediocri cauponi lucrū sit, videant, & tā impendium quā emolumentū conscribāt. Obseruentur autē alia ab edilibus, alia à rerū venalium curatoribus, alia ab agri magistratibus. sic fermē cauponandi artes singulis proderunt, & minimē oberunt. Si quis non videatur pacta seruasse, nisi lex aut decretū prohibeat, aut necessitas & vis illata coegerit, aut inopinatus casus inuitū detinuerit, in alijs non seruati causam pacti, tribuum indices cognoscant, nisi vicini aut arbitri prius reconciliauerint. Vulcano & Palladi opificū genus qui vitā nobis suis artibus instruxerunt, consecratū est. Marti verò & Palladi genus eorum qui artificū opera ceteris quibusdā ad tutandū auxiliandūq; paratis conseruat artibus. Nec ab re horū genus his diebus est consecratum. Hi. n. oēs regionem populūq; curant. Alij quippe bellicis certaminibus praesunt. Alij stipendiaria opera instrumentaq; efficiunt. Hi profecto deos auctores veriti neminē mendacio decipere debent. Si autē artificū aliquis in tēpore statuto opus per malitiam non absoluerit, ac deū vita datorē cecitate quadam animi ignoscere sibi tāquam domesticum suum aliquē arbitratus, ipsum minimē vereatur, primum deo ipsi pēnas dabit, deinde hac lege reus factus, operis quod in tempore non fecit, mercedem persoluat, ac ab initio rursus in eodē spatio temporis opus gratis efficiat. Sed quod veditori de rerū venalium precio lex consuluit, id ipsum opifici quoq; cōsulit. Caveat ergo ne pluris quā equū est, ipse suū liceatur opus, sed quā simplicissimē, & ut dignū est, licitatio fiat. Non enim ignorat opifex quo precio dignum opus suū sit. Nec debet in libera ciuitate artifex arte ipsa qua aperta res est, & à mendacio longē remota, rudes decipere. In his igitur iniuriā patienti aduersus facientem iudicium reddatur. Siquis opifici mercedē secundum pacta nō dederit, sed Iouem ciuitatis tutorem, Minervamq; huius rei particeps neglexerit, & paruo lucro motus, magnam hōrum societate pro virili parte dissoluerit, lex vnā cū deorum auxilio ciuitatis vniōi patrocinetur. Qui pauperis accēpti mercedem tēpore quo pactus est, non obtulerit, duplū reddat, ac si annus praeterierit, quamuis pecunia accepta mutuo sine sura reddi debeant, hic tamē pro singulis drachmis singulas sextas drachma partes mēsis singulis dato. Harum rerū causas tribuum indices cognoscāt. Verum quoniam de opificibus mētionem fecimus, & imperatores ceterique bellorum artifices, modo quodam opifices sunt, non alienum est, ut de his quoque dicamus.

Opificū dī

Si

Si ergo quisquam horum opus aliquod publicum, siue spōte, seu iussus susceperit, recteque quod cepit, absoluerit, iuste huic lex honores qui bellicosis viris pramia sunt, ita reddet ut laudare nunquam desinat. Sin autem ei qui re bellicam bene gesserit, nihil redditur, iuste coqueretur. Itaque lex quaedam de his cum laude mixta, quae non cogat quidem, sed consulat multitudini civium, ponatur. Honorentur boni viri, qui aut fortitudine, aut bellica quadam peritia, civitatem totam servauerint: & maximi honores illis primo attribuantur, qui bonorum legum conditorum leges praecipue coluerunt. Iam igitur de pactis quae maxima homines inter se tractant, praeterquam de orbis atque tutoribus, ferè iam dictum est: de quibus nunc necessario est dicendum. Horum omnium initium est, eorum quidem qui mortui sunt, ut libuit, testandi cupiditas: eorum verò qui nihil restati sunt, fortuna. Ob id autem necessario dicendum, o Clinia dixi, quoniam huius rei difficultatem considerabam: nec enim possibile est absque ordine id relinquere. Nam multa singuli diuersaque, & inter se ac legibus et viuentium moribus maioribusque suis contraria prope testabuntur, si quis statuet, quodcumque testamentum in sine vita conditum fuerit, id omnino fore inuiolatum. Stulta enim & abiectam quadam morositate ferè omnes premuntur, quando morituros se iam arbitrantur. C. L. Quomodo id ais hospes? A. T. H. Difficilis quadam res est, o Clinia, homo iam moriturus, huiusque verbis frequentissime vitur, quae legumlatores terrent atque fatigant. C. L. Quomodo istud? A. T. H. Nempe quum velit suorum omnium esse dominus, haec solet, & quidem cum ira dicere. C. L. Quanam? A. T. H. Graue inquit est nimium o di, si mea mihi non licebit cuiquam volo relinquere: & alijs plura, alijs pauciora, prout erga me boni malique liquido inuenti sunt, tum in morbo, tum in senio, tum in alijs fortunis meis sufficienter comprobati. C. L. An non recte hospes tibi loqui videntur? A. T. H. Prisci legumlatores, o Clinia, molles fuisse mihi videntur, & ad minimum quid humanarum rerum in ferendis legibus respexisse. C. L. Quonam pacto? A. T. H. Illis morituri hominis verbis, o optime vir, commoti legem illam scripserunt: per quam licet cuique utcumque velit simpliciter sua disponere. Ego autem & tu in civitate tua morituris commodius respondebimus. C. L. Quomodo? A. T. H. O amici, dicemus, ac breui proculdubio morituri, difficile vobis est res vestras atque etiam nos ipsos secundum Delphicum epigramma cognoscere. Ego qui leges condo, nec vos vestros esse arbitror, nec re familiarem hanc omnem esse vestram, sed totius vestri generis praeteriti atque futuri: multoque magis vniuersa civitatis & generis omne et diuitias esse. Haec cum ita sint, si quis assentiunculis in morbo & senio vos aggressus, praeter honestum, testamentum condere persuaserit, nunquam id fieri sponte concedam, sed quod civitati vniuersae generique conferat considerans, ita leges conscribam, ut singulorum comoda minoris quam cunctorum, ut par est, aestimem, vos igitur mites atque beneuoli nobis ite modo, quod natura humana vos necessitas vocat. Nobis autem reliqua vestra cure erunt, qui non alijs magis quam alijs rebus studemus: sed omnium aequè pro viribus curam gerimus. Haec in proemio solamina & viuentium & morientium, o Clinia, sint. Lex autem sit ista, Qui liberos habet, & te

stamentum conscribit, primo heredem de filijs vnum, quem dignum putauerit, constituat. Deinde quicumque aliorum adoptandum alijs dederit, conscribat. Et si filiorum aliquis superest, nulla hereditate munitus, quem secundum legem in coloniam sperat profecturum, huic liceat patri de alia pecunia quantum velit legare, paterna sorte semper excepta, & omnibus quae ad illam pertinent. Quod si plures sint, eis pater quacumque ultra sortem sunt, ut velit, distribuat. Ac si alicui eorum iam domus est, ei pecunias non tribuat: neque filia similiter quae viro sit desponsata, si dispensata non fuerit, tribuat. Et si filiorum filiarumue alicui fors aliqua in regione post conditum testamentum aduenerit, testatoris ipsius heredi relinquatur. Si autem non filios, sed filias habet, qui testatur, cuius filia velit virum heredem sibi ac filium fore conscribet. Et si alicuius filius siue naturalis, siue adoptiuus, antequam togam virilem assumat, decesserit, has est fortunas suas testator significet, & quae velit loco illius melioribus auspicijs filium sibi fore, declaret. Siquis absque liberis omnino testamentum condit, decimam partem fundi ultra sortem acquisiti lege cuiusque civi voluerit. Cetera omnia futuro per adoptionem filio, benigne, sine querela et secundum legem tribuat. Si cui liberi tutoribus indigent: & idem moriens testamento tutores quoscumque et quocumque velit constituerit, qui tutandi officium suscipere velint, ita fiat sicut descriperat. Sin vero vel intestatus natura coefferit, vel tutores non conscripserit, qui genere proximi sunt, duo ex parte patris, duos ex parte matris, atque unus ex mortui amicis, tutela suscipiant. Quos legum custodes indigentibus pupillis statuere debet. Nam quindecim ipsorum ceteris seniores, orphanorum omnium quinquennio curam sic habere volumus, ut terni pro dignitate singulis annis curent: & exacto quinquennio similiter quindecim alios. atque id pro viribus nunquam deficiat. Siquis autem nihil testatus decesserit, filiosque tutela egentes reliquerit, isdem legibus eis provideatur. Qui vero inopinata fortuna decesserit, filiasque reliquerit, latiori legum veniam concedat, si ad duo de tribus respiciens, eius filias collocet: ad propinquitatem videlicet generis, sortemque seruandam. Tertium autem quod patris officij est, ut moribus civium diligenter consideratis, idoneum & sibi filium, & filiam sponsum deligat: id quoniam impossibile consideratum est, praetermittat. Lex igitur pro viribus hac de re homini sit. Siquis ex intestato mortuus filias reliquerit, frater eius ex patre aut ex matre, si absque sorte sit, mortui filiam, & sortem suscipiat. Quod si frater non extat, eius filius, nisi atas obstat, accipiat. Tertius sororis filius, si nullus illorum extat. Quartus patris frater. Quintus filius eius. Sextus sororis patris filius. Et similiter per fratres consobrinorumque generis semper propinquitate seruata, si filias reliquit, ita procedatur, ut in eodem genere mares foeminas anteponantur. Conuenientiam vero aetatis ad nuptias et contra, iudex nudos omnino mares, nudas quoque ad pubem usque foeminas conspiciens iudicet. At si ad fratrum usque auorumque filios, cognatorum penuria sit, quemcumque civium sponte puella cum tutorum consilio deligerit, si voluerit, ea in uxorem atque insuper hereditatem accipiat. Quod si magna in penuria illorum qui urbe habitant, aliquem in coloniam missum puella hereditatem facere sui patris optauerit: is si ex eodem genere fuerit, hereditatem secundum legem adeat: sin vero civis quidem

sed non ex genere sit, ducat eam si voluerit, secundum tutorum puellaque electionem: & hereditatem domum reuersus adeat. Siquis absq; liberis omnino, masculis feminisq; ex intestato decesserit, cetera quidem secundum superiorem legem aguntur. Mas vero, & femina ex eodem genere tanquam consortes, desertam domum ingrediantur: quibus fors proprie competat. Prima soror: deinde fratris filia. Sororis filia, tertia. Quarta, paterna soror. Paterni fratris filia quinta. Sexta paterna sororis filia. Hac cu illis, ut fas est, qui genere proximi sunt, ut ager: quemadmodum in superioribus sanximus. Sed ne fugiat nos quam graue sit earum legum imperium, quibus genere propinquam ducere uxorem iubemus. Quippe qui hmoi legem fert, minime considerare videtur, quam plurima impedimenta reperiri posse, quae faciunt, ne quis his praeceptis velit obtemperare. Multi etiam quiduis potius perpeti volent, quam ducant, nubantue illi, cuius vel corpus egrotum, mancumue sit, vel insanus animus. In his ergo legulator forte nihil pensi habuisse videbitur. Et profecto in plerisque non recte ita videbitur. Quare tam pro conditore legum, quam pro subiectis cominus hmoi sit exordium. Veniam dare legumlatori hi quibus leges ponuntur, debent, quoniam publicis gubernandis incumbens, nunquam poterit priuatis quoque calamitatibus simul consulere. Subiectis praeterea ignoscendum, si legulatoris ea nonnunquam praecepta complecti nequeat, quae singularum calamitatum ignarus conscripsit. **CL.** Quid igitur hospes hac in re agere decet? **ATH.** Arbitri, & Clinia, qui legibus his ciues conciliant, eligendi sunt. **CL.** Quo id dicit? **ATH.** Nonnunquam diues aliquis iuuenis, delicijs deditus, & ad maiores nuptias inhians, patri auunculiue filia aspernatur. Nonnunquam calamitate maxima puella seu corporis, siue animi coactus, legi illi non obtemperat, qua ad insana connubia inuitus trahitur, quibus implicitus viuere nollet. Quare nobis hac lex de istis sancitur. Si qui testamenti aut nuptiarum aliorumq; gratia de legibus querantur, asserantq; legumlatori rem si viueret, minime impulsurum hac ducere, vel huic nubere, et propinquus aliquis seu tutor legumlatorem assermet orphanis tutandis conciliandisque tanquam arbitros & parentes quindecim de legum custodibus reliquisse, ad hos ipsos litigantes confugiant, eorumq; iudicijs pareant. Quod si alicuius maior a legum custodes urgere uideantur, rem ad electissimum iudicium deferat, exspectatq; suam, & qui damnatus est, infamia notetur, quod pecuniarium multa rui multa apud eum qui sapit longe maius supplicium est. Sequitur post hac quasi secunda quadam orphanorum procreatio. Est autem post primam educatio disciplinaq; de qua dictum est, post secundam uero opera dare debemus, ut priuati parentibus quam minime miserabili calamitate premantur. Legum ergo custodet quasi alteros istorum parentes, primis non peiores constituimus, et per singulos annos quasi suis prouidere iubemus. Sed in primis de orphanorum educatione tam pro legum custodibus, quam pro tutoribus ita exordiamur. Oportune videmur in superioribus narrasse defunctorum animas vim quandam habere, qua de rebus humanis curam habent. Id uerum quidem, sed longa oratione approbatur. Quobrem et alijs tritis anti quissq; de hac re sermonibus, & legumlatoribus sic se habere ista sancientibus credere debent, nisi omnino dementes

sint. Cu uero hac ita natura sint, primum deos maxime superos timeant, qui de puerorum desolatione procurant, deinde etiam mortuorum manes, quibus natura inest, ut praecipua illorum cura teneantur, qui ab eis geniti sunt, adeo ut honorantibus eos propitij, contententibus insensibilis sint. Praeterea seniorum uiuentium animos, qui maxime in ciuitate felici funguntur honoribus. Quos filij nepotesq; du colunt, iucundissime uiuunt. Hi acute hac audiunt: et acute perspicunt: eiq; qui iuste orphanos trahant, beneuoli sunt: Illis aut maxime indignantur, qui contumelios parentibus orbos afficiunt. Orphanos quippe maximam sacratissimamq; depositum putant. His omnibus tutor & magistratus comonitus, mentem si quam habet, ad hanc rem adhibebit: ac de disciplina educationeq; orphanorum ita prouidebit pro uiribus, ut sibi et suis prouidere uideatur. Quicumq; hoc ante lege exordio persuasus ab omni in orphanos contumelia se continebit, iram legum effugiet. At qui praefationem hanc aspernat, aliquem patre aut matre priuatum iniurijs afficit, damnum duplum restituat, ac si quem parentes ambos habentem laeserit. Sed leges quae sequuntur, tutoribus prout erga orphanos se gerat, magistratibus prout de cura tutorum inquirant, conscribimus. Si ergo educationis liberorum ipsi propria & distincta quadam haberent exempla: ac ipsos educantes, de rebus suis aliter prouiderent, legesq; de istis mediocriter distinctas haberent: non absque causa tutoris leges, quoniam multum ab illis differrent, seorsum ederemus: alijs studijs orphanorum vitam, alijs non orphanorum munientes. Nunc uero ad hac uniuersa, orbis eiusq; cura non multum differt, quantum ad leges attingit, a gubernatione paterna: sed honore, contemptu, cura exaequari minime solet. Quapropter lex consolando minandoq; orphanorum cura studet. Neq; ab re fuerit, si hunc in modum minemus. Qui feminam maritumue tutatur, & qui de legum custodibus tutorem obseruare constitutus est, non minus orphanos quam si genuisset eos, diligit. neq; res illorum peius quam suis gubernet, imo etiam affectus animi melius. Vna uero hanc legem semper in animo habentes tutelam peragant. Siquis huic legi derogauerit, tutor quidem a magistratu condonetur: Magistrate autem ad electorum iudicium a tutore uocatus, duplo damno afficiatur. Id damnum sententia iudicium aestimetur. Quod si tutor negligere, aut malitiose agere propinquus aut ceterorum ciuium alicui uidebitur, in idem iudicium adductus, quadruplum damni restituat: cuius pars altera puero, accusatori altera deferatur. Postquam uero ad pubertatem orphanus uenit, si male secum egisse tutorem duxerit, ad quinquennium usq; ab exacta tutela in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor quippiam condemnabitur, quid pati dareue debeat, a iudicibus decernatur. Si magistratum aliquis per negligentiam obfuisse orphano uideatur: quid ipsi restituendum sit, iudices statuunt. Sin uero etiam per iniuriam, non solum damnum restituit, uerum etiam magistratu legis custodum priuetur, et alius pro eo ciuitati regioniq; a populo censensim creetur. Solent patrum aduersus filios querelae fieri, filiorum quoque in patres, maiores quam deceat: quarum causa patres scribi oportere a legumlatore forte putet, liceat sibi si uelint publico praconio filium abdicare, ne amplius secundum legem filius sit: et filijs parentes moribus uel senio turpiter affectos

affectos liceat amentia accusare. Hæc omnia ubi pessimè omnino mores hominum sunt, accidere solent. Nam si diuidium solum, esset malum, ut si parentes mali vel filij solū essent, tam grauium inimicitiarum calamitates non euentrent. Profecto in alia quauis repub. abdicatus filius, non necessario ciuitate priuatur. In ea verò quæ his legibus gubernabitur, aliò abire patre priuatum necesse est. Quippe cum ad quadraginta & quinquies mille domos nulla possit accedere. Quapropter oportet filium iure abdicandum non à patre solo, sed à genere vniuerso depelli. Itaque in rebus huiusmodi tali quadam lege agendum. Quando aliquis infelici indignatione commotus, siue iure seu iniuria irascatur, quem genuit educauitq; à cognatione sua cupit rejicere, non liceat leuiter subitoq; id facere: sed primum genere sibi propinquos usque ad patrueles, propinquos item filio ex patre matris conuocet. Apud quos accuset filium, ostendatq; dignum esse qui propinquis suis omnibus depellatur. Deinde filio quoque causam suam dicendi potestatem concedat: quòd videlicet talis non sit, ut reijci debeat. Postremo suffragia præter parentes & filium ipsum propinqui omnes tam viri quam mulieres conferant, nisi etas impedimento sit. Et si plura quam dimidia partis suffragia patri suffragantur, liceat ei filium abdicare: aliter minimè. Siquis autem ciuium, abdicatum adoptare voluerit, nulla id lege vetetur: Iuuenem enim mores sæpe in dies varieq; mutantur. Ac si nemo citra decennium, reiectum filium coniungere sibi adoptione voluerit, curatores prolis supra modum adauctæ, quam constituimus transmissis colonijs amputari, de his quoque provideant, ut eiusdem coloniæ participes congrue fiant. Siquis morbo, aut senio, aut morū acerbitate, aut his omnibus magis quam alij exagitat in dementiam incidat, lateatq; id omnes præter domesticos: ille verò tanquam dominus rem familiarem dissipet: & filius dementiæ patrem accusare formidet: lex ita fieri iubeat. primo quidē filius ad seniores legū custodes profectus calamitatem patris enarret, qui re satis inspecta, accusandus necne pater sit, consulant. dein si accusandum decreuerint, testes simul & adiutores sint accusanti. Et si pater damnabitur: nec minimū quidem de rebus suis in posterū disponere queat: nec tanquam paterfamilias amplius, sed quasi filius ac puer domū habitet. Si vir & vxor propter morum acerbitatem inuicē non conueniant, decem viri de legum custodijs qui medij sint, & decem mulieres de curatricibus connubiorū provideant. Quorum sententia si ita conciliati fuerint, valida & stabilis habeatur. Sin autem illorum animi vehementius etiam iracundia fluctuent, factò diuortio, illos pro viribus querant, qui vtriusq; conueniant. Videntur autē in eiusmodi hominibus acerbiores natura mores inesse. Quare maturiora mitioraq; ingenia istis ac eōmodanda sunt: et quicunq; sine filijs sunt, aut paucos procreauerunt, dissentiantq; procreandorum liberorum causa coniugij rursus querere cōpellendi. Quòd si filios non paucos habent, atque dissentiant, senectutis mutuo curadæ gratia diuortio factò, aliud coniugium ineant. Si mulier liberis maribus fœminisq; relictis mortua est, lex virū non cogat quidem, sed persuadeat filios suos educare adducta nouerca. at si defuncta vxor filios non reliquerit, duci alteram cogat, ex qua tum familia sua,

tum ciuitati quantum satis sit, sobolem procreet. Si vir sufficientes reliquit filios, mater ipsos vidua educato. Quòd si iunior esse videatur, quàm ut sana sine viro uiuere possit, propinqui eius cū mulieribus connubiorum curatricibus consilio habito, quod sibi illisq; videbitur, id exequantur. Si verò liberis egeant, liberorum quoq; gratia ducant nubantue. Liberorum autē sufficiens numerus, mas & fœmina secundum legem. Quoties vtrunque conceditur, natos pueros eorum filios esse qui sibi eos vendicant, sed res iudicio eget, vtrum parentum potius sequi natus debeat, sic agatur. Serua si seruo aut libero aut liberto coniuncta peperit, serua domino natus detur, si ex seruo libera peperit, serui dominus, nati similiter dominus esto. Quòd si quispiam ex serua sua natum susceperit, aut quæpiam ex seruo peperit proprio, idq; pateat, natum quidem ex serua & libero mulieres in aliã regionem cū patre simul emittant. Natum verò ex libera et seruo legum custodes vnã cū matre extra fines expellant. Parentes negligere, nec deus, nec homo mentis compos alicui vnquam consulat. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet, id rectè dictū ad honorandos parentes præmium erit. Leges de dijs antiquæ apud oēs dupliciter positæ sunt. Nempe alios deorum cernentes, eos ipsos quos cernimus, colimus. Alios verò non videmus quidem, sed deorum imagines fabricamus, easq; licet inanimas dum honoramus deos ipsos viuentes existimamus ob id maxime nobis gratos & propitios fore. Cuius ergo pater, aut mater, vel horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi iacent: is putet nunquam aliud sibi tale simulacrum magisq; efficax domui suæ affuturum, si rectè, ut decet, ab eo colitur. CLIN. Quisnam rectus colendi modus? ATHEN. Dicam. Dignam enim ò amici hæc auditu sunt. CLIN. Age igitur dic. ATHEN. Oedipus contemptus à filijs ea illis imprecatus est, quæ exaudita effectæque à dijs apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnici filio iratum, illi maledixisse ferunt: & Hippolyto Theæa: plurimosq; alios alijs. Quibus apertissimum factum est, à dijs preces parentū aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis non iniuria perniciosius filio. Nemo verò cum pater aut mater ab eo contemnitur, tūc solum à deo putet orationes eorum secundum naturā exaudiri, sed cū etiam honoratur, ac ideo cū latiores bona liberis à dijs petunt, exaudiri eos similiter existimare debemus atq; ideo nobis aqua inde distribui. Nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent, quod longè à dijs abesse necesse est. CLIN. Certè. ATHEN. Quapropter existimandum est, ut paulo antè diximus, nullū apud deos magis honoradum simulacrum habere nos posse quàm patres & auos senio confectos matresq; similiter. Quibus honoratis deus gaudet. alioquin eos minimè exaudiret. Mirabilis enim parentum simulacrum nobis quàm inanimas quæque imagines videri debet, Nam quæ animã habent, quando colluntur à nobis, pro nobis orant fauentq; quotidie, quando despiciuntur, contrã. quæ verò anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos ceterosq; huiusmodi rectè se gerit, is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omnium optima possidet. CLIN. Præclare dixisti. ATHEN. Omnes igitur non insani verentur colluntq; parentum ora

Preces parē
tū aduersus
liberos sæpe
audiri.

Quando et
quomodo fi
lius accusa
bit patrem.

De diuortio

tionem, non ignorantes multis saepe profuisse obsuisseque. Cum hæc ita natura constituta sint: probis quidem viris seniores parentes pro magno quaestu habentur, si ad senium usque pervenerint: sin vero iuniores decesserint, valde desiderantur. Improbis autem contra valde terribiles sunt. Quapropter quilibet rationibus his inductus, parentes suos secundum legem honoret. Siquis vero surdus ad hæc exordia sit, hanc legem recte statutam audiatur. Siquis in hac civitate minus quam decet pariter colat, nec magis eos quam filios nepotesque seipsum diligat, præ ceteris eorum voluntati in omnibus obsequens, qui ita negligitur per se vel per alium ad tres de legum custodiis seniores rem deferat: et ad tres similiter de consistorum procuratoribus, qui re inuestigata, in eos qui iniuriam intulerant, animadvertant. In viros quidem si trigagesimum annum non exceperint, et in mulieres si quadragesimum, vinculis atque verberibus. Si autem proventiores ætate quam diximus sint: neque desinant parentes negligere: imò eos etiam affligant, ad iudicium ire compellantur. Iudicent autem ciues, qui ætate ceteros omnes maxime antecedunt: et condemnatus soluat patiaturque, quod à iudicio statuetur, ita ut nihil præmittatur, quod dare hominum aliquis patitur possit. Siquis vero cum afflictus sit, deferre non potest, quicumque liber audierit, magistratibus nunciet, aut improbus habeatur, et à uolente quolibet damni illati accusetur. Si autem seruus detulerit, liber esto. Quod si affligentis vel afflicti seruus sit, in libertatem à magistratibus vendicetur, sin autem alicuius alterius ciuis seruus fuerit, precium domino publice persoluetur. Cura vero magistratibus, sit, ne quis eis qui detulerit, noceat. Quæ veneno alijs ab alio fiunt, lætalia quidem diuisa sunt. Cetera vero siue potu, siue cibo, siue iniunctione sponte et consilio peragantur, nondum distinximus. Bipertito. n. generi humano uenena officunt. Primo. n. ut modo diximus, corporibus corpora secundum naturam læduntur: deinde magicis veneficij et cantibus nodisque quibusdam persuadetur, ijs quidem qui officere student, posse id assequi, ijs vero facile admodum ab illis veneficio lædi posse. Hæc vero ceteraque huiusmodi quo pacto natura se habeant, nec facile sciri possunt, nec si quis sciat, alijs persuaderi. Sed animis hominum circa hæc agre suspicoseque inter se affectis, haud admodum dignum est conari persuadere, ut si cerea simulacra siue in ianuis siue in triuis siue in monumentis parietum viderint, hæc omnino despiciant, cum certam de his opinionem nullam habeant. Quare bipertito legem de veneficio partietes, primum hortamur, monemus atque consulimus, ne talia faciant, ne multos quasi pueros terreant, nec legumlatorem et iudicem cogant huiusmodi hominum timori mederi. Quippe qui veneno nocere nititur, si corporibus id illaturus est, nisi medicina peritus sit, quid agat, ignorat. Similiter qui magicis cantibus id tentat, nisi aruspex, monstrorumque interpret sit. Sed iam lex ista de venenis huiusmodi sanciat. Qui non ad mortem hominis, sed pecorum aut examinum, veneno vitur, siue et ut aliter quam morte bestijs noceat, si medicus sit, et veneficij reus fuerit indicatus, morte supplicium luat. sin vero medicina ignarus, iudicium quid pati dareue ipsum oportet, constituat. Quando vero quis nobis, indutionibus, cantibus, similibusque veneficij ad nocen-

dum paratus deprehensus est, si aruspex aut prodigiorum interpret sit, occidatur. Sin vero non fuerit, iudicium de ipso similiter quid dare patitur debeat, statuat. Qui clam aut vi nocuit, magna reddat, si in magnis nocuit, minora, si in minoribus, et in omnibus tantum reddat, ut damnum exæquetur. Præterea in singulis iniurijs ut penitus moderatior fiat, multa afficiatur, leniore quidem, si propter iuventutis imprudentiam, aliena malitia fuit impulsus, grauiore autem, si dementia sua, aut immoderatis voluptatibus et doloribus aut timore, aut inuidia, aut iracundia insanabili. Pænis vero maligni uexatur, non quia peccauerunt, nam quod factum est, infestum esse non potest: sed ut posthac et peccatores ipsi, et qui puniri iniquitates viderunt, iniustitiam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent. Quorum omnium gratia oportet ut ad hæc leges respiciant, et boni sagittarij similes ad hoc signum tendant, punitionis magnitudinem in singulis, et quod dignum est, considerantes. Idipsum iudicem legumlatorem ministrum facere decet, cum à lege sibi committitur, ut ipse statuat, quid dare patitur datum oporteat. Qui sane non aliter quod reliquum est, superiora imitatus exequi debet, quam pictos ita pingere ut exemplaria diligenter sequatur. Quod nobis à Clodia Megilleque faciendum quam pulcherrime atque optime censeo: et pænas tam eorum quæ furto et clauis, quam eorum quæ vi aguntur, quales esse oporteat, dicendum, prout dii nobis deorumque filij leges ponere concedunt. Nemo furiosus palam in urbe cernatur: sed furiosum propinquidomi quomodocumque possunt custodiant. Quod nisi fecerint, multentur, qui maximi census sunt, drachmis centum, siue seruum seu liberum minus diligenter custodiant. Qui secundi, quattuor de quinque mina partibus, qui tertij tribus, et duabus qui quarti. Multis autem modis homines furore aguntur. Alij morbo, ut hi de quibus modo diximus. Alij per iracundiam praua natura vitiosamque educationem, qui paruis inimicitij moti alitius inelamant, et turpiter inter se conuiciantur. Nihil vero tale in civitate bonis legibus instituta, fieri decet. De conuicio igitur hæc una omnibus lex ponatur. Nemo alicui conuicietur. Sed quicumque cum alio de re quapiam ambigit, discat potius doceatque tam ambigentem quam presentes, ita ut omni conuicio prorsus abstineat. Cum enim sibi inuicem verbis turpibus maledicunt, mulieres habentur, et in primis ex verbis, quæ certè leuissima res est, odia grauisima et inimicitia saepe nascuntur. Profecto qui iræ rei penitus ingrata morem gerit, ipsamque quasi alimentis quibusdam noxijs explet, is quantum per disciplinam antea excultus fuerat, tantum exacerbatus postea iracundam animam partem, efferatamque, difficilem sibi viuendi reddit rationem, et hanc amarum ab ira gratiam suscipit. Ex his penè oēs ad id deuenire solent, ut ridiculum aliquid in aduersarium dicant, quæ in re quicumque se assuefacit, aut bonos mores penitus aut magnanimitatem maxima ex parte amittit. Quæ obrem nemo in templo oburgationibus his unquam utatur, nec ubi publica sacrificia vel certamina peraguntur, nec in rerum venalium foro, nec in iudicio, aut alio quouis cœtus communi. Eum vero qui in hoc deliquerit, magistratus harum rerum pœns libere puniat. quod si non fecerit, quasi legum proditor, præceptorumque legumlatoris spector nunquam

Cur pœnis maligni reuocentur.

nunquam ad publici cuiusquam muneris certamen quasi de virtute certaturus ascendat. Siquis aut alyis in locis maledicto vel prouocando, vel respondendo utatur, quicumque senior praesens fuerit, pro legum defensione hunc verberet: & eos qui ira alieno malo concitati sunt, comprimat. Alioquin ut praediximus, puniatur. Neminem praeterea in his conuicijs dicacitatibusq; versari arbitramur, qui non saepe ridiculose aliquid obloquatur. Atque hoc ipsum est, quod damnamus: quando cum ira fit. Quid porro? comicorumne satyrorumq; sales & ridiculosa conuicia quibus aduersus ciues utuntur, si absq; ira sic mordeant, admittimus? An id bifariam distinguemus, in iocofam et seriam orationem: Et ioco quidem uti liceat sic, ut ridiculum absq; ira dicatur: Concitato vero per iram animo, nemini, ut ante diximus, tale quid dicere liceat? Hoc igitur nullo modo admittendum. Cui vero liceat, & cui non, lege iam declarandum. Poetae comico vel iambica musicae uel melodiae auctori nec verbo, nec imagine, nec persona cuiquam ciuium detrahere liceat, siue id ira, siue absq; ira faciat. Et eum qui contra fecerit, qui dandis praemijs praesunt, eodem in die exterminent: aliter tribus minis mulentur, Deo in cuius honorem certatum fuerat, consecrandis. Cateris uero de quibus supra diximus, siue ira & cum ioco ridiculum aliquid dicere liceat, serio autem et cum ira nequaquam. Cuius rei cognitio, communis inuenum disciplinae curatori committatur. Et quod probauerit, proferre in medium licet: quod autem reprobauerit, hoc neq; ipse ulli unquam ostendat, neq; alium siue seruum, siue liberum doceat. Si contra fecerit, praeuus legumq; contemptor habeatur. Miserabilis autem, id est misericordia dignus existimandus est: non qui fame vel re alia huiusmodi premitur, sed qui cum temperans sit, & virtute alia vel patre uirtutis sit praeditus, calamitate tamen ad haec aliqua forte vexatur. Quare mirum profecto erit, si uir talis usque adeo neglectus fuerit: ut siue liber seu seruus in ciuitate moderata gubernata in extremam paupertatem deueniat. Idcirco non iniuria legulator talem de hac re legem tuto ponere potest. Nullus in ciuitate nostra mendicus sit. Quicumq; uero id tetuerit: dictumq; inexplabilibus precibus colligere ceperit, a rerum uenialium curatoribus e foro pellatur, ab adili magistratu ex urbe eiciatur, ex tota deniq; regione ab agri magistratu exterminetur, ut ab eiusmodi animali omnino uniuersa regio munda sit. Si seruus uel serua aliena rei offecerit siue imperitia, seu immoderato aliquo usu id fecerit, nec qui damnus passus est, causam praebuerit, dominus eius aut satisfaciat, aut seruum seruamue illi, qui damnus passus est tradat. Quod si communi quadam nocentis patientiq; astutia, ut seruus sibi auferatur, serui dominus factum contendat, de malitia crimine agat aduersus eum, qui de seruo coqueritur. Et si conuicerit, precium serui a iudicio constitutum a damnato duplicatum accipiat. Sin autem conuictus fuerit, et damnus restituat, et seruum insuper tradat. Si iumentum, aut equus, aut canis, aut domesticum aliud animal proximi rem attriuerit, animalis dominus similiter danum restituat. Si quis sponte testimonium ferre noluerit, citetur ab indigente, citatusq; tempore idoneo adsit: et testimonium prout sciuerit, asserat. Sin nescire dixerit, iureiurando tribus dijs, Ioue, Apolline, Themide

nominatis, nescire se affirmet ac abeat. Qui ad ferendum testimonium citatus non uenerit, damnus ei, qui citatus secundum legem deponat. Si iudex aliquis in testimonium citatus fuerit: testimonio allato, nullam in eadem causa sententiam ferat. Mulieri liberae si quadraginta annos excesserit tam ad testandum, quam ad dicendum interesse iudicio liceat, imò uero & agendum, si sub viro non sit. Viuente uero marito testimonium perhibere solummodo liceat. Seruo autem & seruae et pueris de homicidio solus dicere testariq; liceat, si idoneum fiderisso re dederint se usq; ad latam sententiam permansuros, si forte falsi testimonij fuerint accusati. Siquis falsi testimonij agere uoluerit, quod & in toto et in parte testimonij & uerisq; aduersarijs licet, antequam sententiam iudices ferant, falsos fuisse testos obijciat. Falsi uero testimonij criminationes ab uerisq; illas magistratus ipsi conscriptas seruet, & ad iudicium postea de falso testimonio referant. Siquis falso testimonium bis dixisse inueniatur, a nulla lege tertio testari cogatur. Si uero ter, nullo modo postea testimonium ipsi dicere liceat. Quod si ter infalsitate deprehensus, testari ulterius ausus fuerit, a uolente quolibet ad magistratum deferatur, et a magistratu tradatur iudicio, et si conuictus fuerit, moriatur. Quando in lite, falsa testimonia intercesserint, per quod aduersarium superasse uideri quis potuerit, si plures quam medietas testium condemnati fuerint, iudicium secundum illa nullum procedat. Disceptare uero conuenit, uerum secundum illa testimonia quicumque iudicatum sit necne, ut quomodo documq; iudicatum fuerit, hoc pacto iustum litem finem consequatur. Verum cum multa in uita hominum bona sunt, pluribus eorum, quasi quadam diuinae calamitates insident, quae maculant illa atq; coinquinant. Iudicialis autem disceptatio iudiciumq; cur homini bonum non est, quod humana omnia mansuescit? Atqui cum disceptatio talis, bonum sit cur, & adesse in lite alicui, & cause iusta fauere, bonum non sit? Haec cum ita sint, peruersa calumnia bonum artis subit nomen, quae artificium inuenisse in litibus asserit, quo agenda & dicenda, siue honesta, siue turpis sit causa, superare facile quis possit, uictoresq; facere, quibus ipsa rationibus suis fauet, si pro artis ipsius beneficio pecunia dabitur. Haec siue ars, siue artis expertis exercitatio quadam sit, danda opera est ne in nostra ciuitate aditum habeat, sed legum uerita conditorem, nihil aduersus leges proferat, & alio profecta uires suas ostendat. Si quis uero non pareat, hac lege deterratur. Si quis iustitia uires in animis iudicum in contrarium uertere conetur, ac praeter opportunitatem multa litigia mouet, aut mouentibus adest, agat in eum quicumq; uoluerit, male agendi aut deniq; defendendi crimine, iudiciumq; huiusmodi apud electos iudices agitur. Et si damnatus fuerit, discutatur utrum auaritia an ambitiosa quadam contentione id fecerit. Ac si contentione, certum ipsi iudices tempus praescribant, in quo neque pro se, neque pro alio ullam agat dicatue causam. Sin autem auaritia, peregrinus quidem a regione, nunquam redituros abito, & si redierit, moriturus. Ciuis autem si auaritia fecisse id deprehendatur, quoniam pecuniam tanti fecerit, omnino moriatur. Quod si ambitiosa contentione bis tale quid fecisse iudicatus fuerit, id ipsum supplicium subeat.

Aduersus
tabulas &
corruptos
auaritia
causidicos.